



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epitome Tribvnalis Sacramentalis Reverendissimi Patris Petri Marchantii

Zurmöllen, Heinrich

Neuhusii, 1677

Art. 5. De Sacrilegio

urn:nbn:de:hbz:466:1-9734

exprimendos omnes quatuor primos gradus collaterales, tam affinitatis quam consanguinitatis, de duobus primis gradibus, patet, quia gradus illi turpitudinem specie velut infimæ constituunt. De tertio & quarto gradu probatur: quia licet non videantur speciem immutare, non sunt tamen circumstantiæ mere aggravantes, sed sunt aliqua ratione de substantia actus, sive operis mali, quatenus sunt pars notabilis objecti circa quod: quæ notabilis deformitas fundatur in Respectu & Reverentia naturali debita affinibus, & à fortiori consanguineis, etiam in gradu tertio & quarto, ratione copulæ carnalis tam illicitæ quam licitæ, unde & propter fatam Reverentiam, fundat copula carnalis licita impedimentum dirimens, etiam quo ad affines in tertio & quarto gradu.

Articulus Quintus.

De Sacrilegio.

IN Materia luxuriæ Sacrilegium proprie dicitur, peccatum carnis sive concubitus illicitus, alterutro vel utroque peccantium

solemni voto castitatis adstricto. Dicitur (voto solempni) etsi enim qui votum castitatis simplex emiserunt, si peccent carnaliter illam, circumstantiam voti exprimere tenentur: non committunt tamen proprie dictum sacrilegium. Quia etsi per tale votum sint Deo sua promissione obligati, non sunt tamen Deo consecrati, & traditi, sed non obstante tali voto, vinculum Matrimonij ligat, & ad reddendum debitum non vero exigendum obligat. Extrinsecum vero Sacrilegium committunt, qui in locis Deo consecratis concubitus illicitos habent, aut peccata carnalia cum effusione seminis committunt, ut sunt peccata Mollitiei, sive pollutionis voluntariæ, Sodomix, Bestialitatis, &c. Item concubitus carnalis Patrini cum filia quam de sacro fonte levavit, aut Bapuzantis cum illa quam baptizavit, partim est incestus, partim Sacrilegium, & ut verbo significetur est incestus Sacrilegus, & gravissimum peccatum. Item: Confessarius cognoscens carnaliter filiam spiritualem, ex parte sua
quia

quia est Sacerdos, committit sacrilegium,
non tamen ex parte filia spiritualis.

Articulus Sextus.

De peccatis contra Naturam.

TRes sunt species Peccati contra natu-
ram, Mollities, Sodomia, Bestialitas.
Mollities est: libidinosa & voluntaria semi-
nis provocatio & effusio, extra vos natura-
le ad generationem ordinatum, estq; mor-
tale peccatum ex natura sua: unde 1. ad
Corint. 6. Nolite errare neque molles neq;
masculorum concubitores regnum Dei
possidebunt. Sodomia est: Coitus inordi-
natus in vase à natura ad generationem
non ordinato. Porro Coitus ille non tan-
tum est Masculorum in Masculos, sed etiam
masculorum in feminas: etiam conjuga-
torum, si contrario vase coire contendant:
imo & feminarum in feminas, e mentitis
virilibus congressibus & fictis modis. So-
lent etiam quidam perditissimi in ore coi-
re, & in hoc turpitudine illa contra naturam
cōsistit; quamvis autem interdum vasa fin-